Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26131
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ueneni suffocatione · uel quolibet
ingenio · aut apte materiali
gladio talium uita priuantur; Quod
uidelicet ideirco quidem peragitur ·
ut illis peremptis · qualibet arte ·
bona illorum uel honores iniuste
preripiant; Quidam uero non ut aliena
lucra uel ministeria assequantur ·
sed tantum ut illi quibus inuident ·
eadem amittant; Quod si etiam
uitam illorum extinguere nequeunt ·
tenentur tamen iam homicidii rei ·
ex ipsa odii meditatione; Unde
iohannes in epistola sua dicit · Omnis
qui odit fratrem suum ·
homicida est; Et scitis quia omnis
homicida non habet hereditatem
in regno christi et dei; Ubi autem iugis
odii meditatio insederit · nocen
di quoque malicia non deerit; In
quirit namque semper infelix · in
quo uiuentem ledere possit · quem
ut uoluit perimere funditus
non potuit · iungit semetipsum
amicitiis inimico · uel causidico
illius · cui fortassis prodesse nec loqui
uolebat; Et cum pro certo sciat ·
quod sine causa calumpniam illi
intorqueat · non ueretur tamen
dum contra unum seuit · pro altero
periurium uel falsum testimonium
perpetrare · nec recordatur illius sen
tentie qua dicitur · neque periuri
regnum dei possidebunt · et illud ·
falsus testis non erit inpunitus;
Iam uero qualiter pauperes adiui
tibus opprimantur · quibusue mo
dis atque ingeniis laboribus suis
fraudentur · pleni uel illi qui agunt ·
uel qui patiuntur sciunt · quam
nos qui hec partim ex diuinis
uoluminibus · partim ex opprimen
tium erumpentibus foras nequissimis
signis addiscere querimus; Alii
namque et maxime huius seculi prin
cipes · humana tantum gratia quo
rumdam iusticiam prauo iudicio
subuertunt · ne iudicium suorum
animos offendant · timent etiam
sedicionis causa temporalem
amittere honorem · nisi iuxta
ministrorum suorum agant uolun
tatem; Uiriuant subtilitatis in
genio leges · quas uel ipsi uel